



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

11. Martij. Propter nostram in spiritualibus rebus acediam consolatione divinâ meritò privamur. S. Ignat. de discret. spirit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

nec difficilè à terrenis ad æterna spontè se-
cuturum deduces.

II. Martij.

*Propter nostram in spiritualibus rebus acce-
diam consolatione divinâ meritò priva-
mur.* S. Ignat. de discret. spirit.

Sæpe innocenter vapulat dæmon, cui
desolationem spiritûs adscribimus, quæ
fructus est acediæ nostræ, quæ plûs nobis
sæpe, quàm dæmon nocet.

Quomodo sperare Dei liberalitatem
potest, qui ad eò avaro in eum est animo, ut
vel pusillum temporis ei pigeat immolare.
Sic ille nos visitat, ut nos illum colimus.
Echo nempe est, æquâ fervori nostro men-
surâ respondet.

Heu me! quàm noxius animæ nostræ
hostis est acedia! Quot Dei favores im-
pedit! quot merita dissipat! quot consolæ-
tionibus privat! Hæc est malorum omni-
um, quæ in spiritu patimur, scaturigo; Vin-
ce hanc & hostes tuos enervâsti.

Quantò liberaliùs terra vapores in cœ-
lum mittit, tantò fœcundiores inde imbres
recipit. Nostra in cœlum liberalitas ejus
in nos metitur beneficia. Qui plena ma-

nu seminet, huic læta sub falcem messis
niet. Qualem volumus, talem senol
Deus exhibebit.

12. Martii.

*Plus unâ horâ Manresa Deo Magistro
scitur, quàm quidquid ubique Doctore
est, tradere potuissent. S. Ignat. vitæ
§. 14.*

Divinae scientiæ schola suorum pro
ctum non ex discantis ingenio,
ex docentis voluntate metitur. Facile
ibi evadere doctum, ubi ille spiritus ma
ster est, in quo sunt omnes thesauri sapi
tiæ & scientiæ.

Ut lumen raptâ repente nube fulgur
momento abstergit tenebras, & multa
regit: sic divinæ illustrationis radius co
affusus, pulsâ caligine tantum lumen affu
dit, ad quod omnis sapientium turba cæc
riat est necesse.

Frustra nos, & ingenium eviscerant
cum araneis: totâ nocte laborantes ni
capiemus ex hac sanctorum scientiâ, n
nos ille doceat, qui sine verborum strep
ad cor loqui consuevit.

Nec speret profectum, qui nescit secu